



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

Cap. IV. De Admirandis Belgij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

ostium sonat, ab Othone tertio Gueldriae Duce muris cincta, nunc Episcopalis.

Venlonum: *Venlo*, vrbs munitissima ad Mosae ripam, vnde initium Fossae S. Mariae, seu Incilis Eugeniani, *le Canal de Sainte Marie*, desinentis ad Bergam-Rheni *Rhinberg*. Hic duo haec flumina Hispani iungere parabant in magnum Reip. Batauicae detrimentum, quod sex millionibus annui redditus aestimabant.

la Gueldre. Gueldria: *Gueldres*, Flandricè *Gelder*, in medio Fossae Eugenianae ad Fl. *Niers*.

Stralenum: *Stralen*, arx munitissima.

Vaethendonium: *Vaetendonk*, ad Fl. *Niers*.

Monfortium: *Montfort*, municipium amplum sine mœnibus, sed vrbium priuilegiis gaudet.

INSER-
T A

GVEL-
DRIÆ

les En-
claves
de Gueldre.

COMITATVS
HORNENSIS
*le Comté
d'Hoorn.*

Horna: *Horne*, cum castro non procul à Mosa, vbi Insulam efficit Vertium *Veert*, cultum municipium loco egregiè riguo.
Quidam hunc Comitatum Tetrarchia Boscoducensi tribuunt.

KESSELIENSIS
TRACTVS
Tlanruan Kessel.

Hic nulla vrbs, nullum municipium, pagi aliquot, regio paludoso loco Brabantiae prætenditur vulgò *Die-peel*.

MVRIENSIS
COMITATVS
*le Comté de
Meurs.*

Muria: *Meurs*, aliter *Moers*, munitissima vrbs Principis Arausicani.
Creuelia: *Creueli*, lautum municipium.
*Quidam Comitatum hunc Colonienſi ditio-
ni attextunt, alij ab omnibus omnino ſe-
parant.*

CAPVT IV.

De admirandis Belgij.

PASSIM in Belgio, sed potissimum in Comitatu Namurcensi eruitur è terra lapis vnde excitatur ignis, isque feruentissimus: augetur aqua, extinguitur oleo. Grauis ille insuetis, sed si modi-

512 BELGIUM, SECVNDÆ PART. LIB.VIII.

cum falis inieceris parùm, aut nihil incommodus erit. *Ortelius.*

Circa Fanum S. Audomari *S. Omer*, terræ ad ingressum ambulantium tremunt, quemadmodum & in agro Brabantino qui dicitur *Peel*, neque hac transire possunt currus nisi hyeme terra riguerit. *Idem.*

Circa Fanum quoque S. Audomari parvæ visuntur Insulæ fluctuantes, in quas indigenæ abigunt armenta, & eas à continenti repellunt, mox vespere admouent, cùm eadem in stabula reuocant. *Idem.*

Calx viua eruitur è terra in Hannonia. *Idem.*

Ypris in Flandriâ in Foro publicæ Porticus *des Halles*, excitæ sunt iam pridem, quarum in lignis nullæ araneorum telæ, nulla aranea. Aliqui refundunt causam in naturam ligni, aiunt alij trabes ex Daniâ allatas toto mari fluctuasse, & algâ maris ritè maceratas hanc virtutem contraxisse.

Item in municipio Hagâ cognomento Comitum, *la Haye*, deprehenditur in palatio Principis Arausici, in quibus præterea nulla caries. Ferunt autem ex Hiberniâ huius ædificij trabes allatas esse. *Liber de urbibus mundi.*

Harlemi in Hollandiâ vixit aliquot annis Sirena anno Christi 1403. capta in vicino lacu, è nempe tempestatis vi delata erat. Vescatur pane, nebat, imò & Crucifixum adorabat; vixitque aliquot annis semper tamen muta. *Io. Laëtius in Belgio confæderato.*

Supra Zippam agger visitur dictus *Hondsberch*, Sylua Canis, vbi Scyllæ atque Caribdis latratus renouantur, vnde loco nomen, quia verè latrare videntur vndæ. *Idem Laëtius.*

FINIS PRIMI TOMI.



[Faint, illegible text visible through the paper, likely bleed-through from the reverse side.]